Bh 1.26/9

ILLUSTRISSIMIS VIRIS

Tam Pietate, quam Prudentiâ atque Auctoritate spectatissimis;

Ornatissimis { D. JOHANNI LEVERETTO. / D. JOSIÆ WINSLOWÆO. / D. GUILIELMO LEETO. } Fœderatarum Nov-Angliæ Coloniarum { Massachusetensium / Plimouthensium / Connecticutensium } Gubernatoribus Honoratissimis

Cæterisque in Magistratus Onere et Honore Conjugatis, ad Reipublicæ clavum jugiter excubantibus, incolumitatis publicæ apprimè studiosis; Nec non Reverendissimis cum Academiæ, tum Ecclesiarum Curatoribus, Theologis Doctissimis et Gravissimis; Omnibus denuò et singulis bonarum Literarum cordatis, benevolis Academiæ Εὐεργέταις

Theses hasce, quas (ἐὰν τοῦτο θέλῃ ὁ Θεός) Sub Rev: URIANO OAKES, Ecclesiæ Cantabrigiensis Pastore, Collegii Harvardini Præside pro tempore, Κατηχητικῶς καὶ Ἀνασκευαστικῶς discutiendas, proponunt juvenes φιλαλήθεις καὶ φιλομαθεῖς

Johannes Cottonus.
Cottonus Matherus.
Grindallus Rawsonus.
Urianus Oakes.

D. D. D. Q.

THESES TECHNOLOGICÆ:

1. Ars est ordinata Intelligentia, Scientia, Sapientia, & Prudentiæ colligatio & concursus.
2. Ars præcipuè consistit in Theoriâ Regulæ, & Praxi secundum Regulam.
3. Verumque perficitur per Analysin & Genesin.
4. Libri Scripturæ & Creaturæ sunt mineralia ex quibus hæc Regula est effodienda.
5. Author enim est Author Artium.
6. Præcepta Artis id agunt, ut vetericuerelæ, Ars longa, vita brevis, medeantur.
7. Bonum est objectum & finis artis.
8. Praxis est Theoria finis, medium finis ultimi:
9. Usu confunduntur, speculatione separantur practomena.
10. Genesis & Analysis eadem vestigia premunt.
11. In compositione mundi Genesis fuit, in ejusdemq; resolutione Analysis erit maximè conspicua.
12. Ars ut naturam juvet, non ut impediat adhibetur.
13. Non ab artifice Ars, sed ab arte artifex creatur.
14. Aliquis in omnibus, nullus in singulis, non est κατὰ παντὸς verum

☞ *Non datur Metaphysica ab aliis Disciplinis distincta.*

16. In artium orbe adhuc restat multa Terra incognita.

LOGICÆ.

1. Dialectica est Ars rationis.
2. Legicæ munus totum est discernere & disponere.
3. Affectio est forma Argumenti.
4. Causa cognoscitur per effectum tanquam per aliquid notius nois, effectus vero per causam, tanquam per aliquid notius naturâ.
5. Fortuna (quæ dicitur) est particula divinæ providentiæ.
6. Materia est omnium entium a primo communis.
7. Forma est principium distinctionis.
8. Posita forma, ponuntur esse, distinctio, & operatio:
9. Finis rei nihil aliud est quam rei bonitas, movens efficientem, perficiens effectum.
10. Finis in intentione est finis conceptus, finis in executione est finis natus.
11. Existintia est Essentia actualis.
12. Locus & Tempus sunt entia merè Logica
13. Diversis & Oppositis æquè convenit dissentire, sed non convenit æquè dissentire.
14. Sola opposita realiter distinguuntur.
15. Comparatio id agit, ut comparata æque nota evadant.
16. Distributio maximè accurata est dichotomia.
17. Totum in distributione, est pars in definitione.
18. Pars in distributione est totum in definitione.
19. Genus habet naturam distinctam á speciebus, non separatam.
20. Testimonium divinum est fidelissimum.
21. Omnis veritas est certa, licet non necessaria.
22. Discreta Axiomata non concludunt, sed distinguunt.
23. De axiomate immediatè, de syllogismo mediatè fit judicium.
24. Nulla datur syllogismi contingentia.
25. Tertium Argumentum est syllogismi Arbiter.
26. Explicatus primus est syllogismus refutationis.

GRAMMATICÆ.

1. Grammatica est Antidotus contra confusarum linguarum maledictionem.
2. Suum Idioma servare est omni lingua privilegium necessarium.
3. Prima sermonis gratia est purè loqui.
4. Notæ rerum aliæ possunt cudi præter verba et literas.
5. Aliquid de populorum moribus potest colligi ex ipsorum linguis.
6. Distinctio inter verba Homonyma est præcipuus Orthographiæ usus.
7. Quantitas & accentus sunt syllabarum condimenta.
8. Syntaxis est cynosura quæ lectorem dirigit in sensum sententiarum.

RHETORICÆ.

1. Rhetoricæ munus est dilucida Rationis Phantasiæ applicare.
2. Rhetorica facit bonum apparens.
3. Copia Troporum fluxit ex inopia verborum.
4. Omnis tropus in axiomatibus si non aptissime adhibitus, est Catachresis.
5. Hyperbole vel supra vel infra metam semper volat.
6. Hyperbole quamvis ultra fidem, non tamen ultra modum esse debet.
7. Allegoria est metaphorarum conventus.
8. Tropus doctis, figura Idiotis est elocutionis pars mellitissima.
9. Apostrophe est orationis circumactio, ut auditores commodius, inopinato opprimat.

MATHEMATICÆ

1. Ultima unitas est numeri forma.
2. Extractio radicum est arithmeticæ pars longè dignissima.
3. Linea Geometricæ sunt reales, quamvis non sensibus percepibiles.
4. Linea non constat è punctis.
5. Linea solida oriuntur è corporis sectione.
6. Æqualitas est mensura inæqualitatis.
7. Recto non datur rectius.
8. Ubi Anguli sunt æquicruri Basis tantummodo constituit differentiam.
9. Pyramis est solidorum prima.
10. Æquator est præcipua temporis mensura.
11. Astronomiæ pars utilissima non adhuc ex hypothesibus colligenda exhibetur.
12. Astrologia, quæ dicitur judiciaria est sani judicii expers.

PHYSICÆ

1. Physica est ars benè naturandi
2. Physicam tractandi orandi perfectissimus exhibetur in primo Geneseos Capite:
3. Adæquatum Physicæ subjectum est Natura:
4. Non in tempore, sed cum tempore mundus creabatur:
5. Infinita non possunt esse principia:
6. Natura non agit nisi virtute primæ causæ:
7. Angeli sunt quanti quamvis non corpores:
8. Omnis inconstans natura est privata:
9. Elementa non agunt et patiuntur nisi per qualitates:
10. Monstra sunt ἁμαρτήματα naturæ imperitæ:
11. Generatio et Corruptio non sunt propriè motus sed termini motus:
12. Qualitatum receptione non fit ἀλλοίωσις in subjecto sed ἀλλοίωσις
13. Sonus non est mera elisio aeris:

☞ *Dantur tres Animæ in eodem homine.*

15. Res intelligitur Intellectione rectâ Veritas Intellectione reflexâ.

☞ *Voluntas semper determinatur ab ultimo Intellectus practici Judicio.*

☞ *Ethica non datur specie distincta a Theologia.*

Cantabrigiæ Nov Anglorum, Idibus Sextilibus MDCLXXVIII.